Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

thanael: et
ait. Raby:
tu es filius dei.
Tu es rex
israel. Respondit
ihesus: et dixit
ei. Quia dixi
tibi. Vidi te
sub ficu: cre
dis. maius
his videbis.
Et dicit eis.
Amen amen di
co vobis:
videbitis ce
lum apertum:
et angelos dei
ascendentes
et descenden
tes super filium
hominis.

si peccator est. fatetur se
peccatorem. Si enim peccator
est. et iustum se dicat:
dolus est in ore ipsius.
Ergo in nathanaele
confessionem peccati non
laudavit. non iudica
vit non esse peccatorem.
Theophilus. Sed natha
nael laudatus non
acquievit ex toto.
sed expectavit adhuc
volens ad manifestius
discere. et interrogat.
Sequitur enim. Dicit
ei nathanael. Unde me
nosti. Crisostomus. Ipse
quidem ergo ut homo
investigat: Ihesus autem
ut deus respondebat.
Sequitur enim. Respon
dit ihesus et dixit ei. Prius
quam te philippus vocaret:
cum esses sub ficu
vidi te. Non ut homo
eum intuens: sed ut
deus desuper cognos
cens. Vidi inquit
te. id est morum tuorum
mansuetudinem. Di
cit autem. Cum esses sub
ficu: quoniam nullus ibi
erat. sed soli philippus
et nathanael singula
riter loquebantur. et propter
hoc dictum est quod videns eum
a longe dixit. Ecce
vere israelita. ut sciret
quoniam antequam appropin
quaret philippus hoc lo
quebatur christus. et insuspi
cabile fiat christi testi
monium. Noluit autem christus dicere. Non sum
ex nazareth. ut annuntiaverat philippus:
sed ex bethleem: ut non faceret altercabilem
sermonem. nec per hoc sufficiens dedisset argu
mentum quod ipse esset christus. Sed ostendit se ex primo
propheta quod presens erat loquentibus tunc. Augustinus.
Querendum est autem an aliquid significet ar
bor fici. Invenimus arborem fici maledictam.
quia sola folia habuit. et fructum non habuit.
In origine humani generis adam et eva cum
peccavissent. de foliis ficus sibi cinctoria sibi
fecerunt. folia ergo ficulnee intelliguntur
peccata. Erat autem nathanael sub arbore fici:
tamquam sub umbra mortis. ac si dominus
ei dicat. O israel sine dolo quicumque es. o populus
vivens ex fide. antequam te per apostolos meos
vocarem. et cum esses sub umbra mortis.
et tu me non videres: ego te vidi. Gregorius. ·xxviij. mor.
Vel cum esses sub ficu vidi te. id est positum
te sub umbra legis elegi. Augustinus. Recorda
tus est autem nathanael se fuisse sub ficu ubi de iii dni.
non erat christus. presentia corporali. sed scientia spiritua
li. Et quia sciebat se solum fuisse sub ficu:
agnovit in illo divinitatem. Crisostomus. Sic
ergo ab hac predictione. et ab eo quod mentem scru
tatus est eius. et quia cum adversus eum dicere
videretur. non increpavit sed laudavit: cogno
vit quoniam vere est christus. Unde sequitur. Respondit
ei nathanael et ait. Raby: tu es filius dei. tu es
rex israel. Quasi diceret. Tu es qui expectabaris. tu es
qui querebaris. Quia enim argumentum inexcu
sabile suscepit: venit ad confessionem.
et in mora priori diligentiam ostendens. et in
posteriori confessione devotionem. Multi autem
legentium sermonem hunc anxiantur.
petrus enim qui post miracula et doctrinam
confessus est quoniam filius est dei. beatificatur ut a
patre revelationem iam suscipiens. natha
nael autem ante signa et doctrinam hoc idem dicens:
nichil tale audivit. Est ergo huius causa quoniam ver
ba quidem eadem locutus est petrus et natha
nael. non autem eadem mente. sed petrus quidem